



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXI. Bononien. fideicommissi de Sala. De eadem materia, An sub nomine filiorum in parte dispositiva veniant nepotes, vel posteriores descendentes, ita ut gravatus restituere filiis censeatur ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)



substitutionum est considerabilis, quando est per fideicommissarium ordine successivo, secus autem ubi est per vulgarem, quoniam tunc uno gradu effectum sortiente, omnes alii tanquam consecutivi corrumpunt, nullumque desuper inducunt effectum; Siquidem in casu *Oldrad. conf. 21.* multi leguntur substitutionum gradus, in quorum omnium defectum vocata est Ecclesia Romana, & tamen primo defecto omnes corrumpunt, & sic ista conjectura operativa est quando vocatio est per activam, & passivam, & per fideicommissum successivum, ex deductis per *Add. ad dictam decisionem 632. n. 39. & seq. & n. 49. & seq. par. 4. rec. tom. 3.*

Tertia deducta ex prohibitione alienationis, & quarta ex prohibitione detractionum, & legitima sunt æquivoca ac leves utpotè consecutivæ, ac famulantes fideicommissio ad ejus tamen limites, ac pro tempore suæ durationis, dum non concurrat ratio independenter, & in separata oratione, ita concepta, quod possit esse apta inducere novum fideicommissum, sive illud ampliare juxta ea quæ ad intelligentiam *confil. 636.* Decii habentur pluries in precedentibus super hac materia; Eademque responsionem recipit sexta prohibitionis divisionis, durante scilicet fideicommissio, cujus extensio ultra personas & casus expressos non resultat; Et quoad quintam ex qualitate rei ac peculiari testatoris affectione, rectè intratejus operatio in ordine ad inducendum in hoc prædium fideicommissum particulare, dum reliqua bona hæreditaria ex eadem dispositione erant libera, unde propterea rectè cadebant ea quæ circa particularem affectionem in una re habentur infra in *Vrbinate. prædii disc. 129.* quamvis in eo casu non benè applicentur dum fideicommissum ibi est universale in tota hæreditate unde non intrat discretio fideicommissi particularis, dum non adeit discretio personarum.

Quamvis autem singulari dictæ responsiones viderentur solida, ac propterea conjecturæ prædictæ singulariter considerate non concluderet, At tamen reflectendo ad veritatem, illa insimul junctæ magnam mihi inferebant difficultatem, ideoque petentem consilium monui, ut curaret cum honesta concordia litem dirimere, quoniam omnia hæc insimul junctæ, cum regula perpetuè, ac principaliter attendenda in hac materia, ut *singula, quæ non prosunt &c.* nimium concludere videbantur voluntatem conservandi istud prædium in tota posteritate indivisum, attendendo magis substantiam voluntatis desumendæ ex tota dispositionis massa, ac etiam spectata qualitate testatoris, ita grossolano modo disponentis, nec non qualitate loci, in quo testamentum conditum est, ubi non de facili habetur copia peritorum has materias benè callentium, Atque ista videtur regula in his materiis tenenda, non insistendo judicè in eo quod dictæ conjecturæ, vel earum aliqua apud scribentes, vel in decisionibus rejectæ, vel respectivè canonizatae sint, quoniam stant simul, illas in uno casu canonizari, & tamen in alio easdem, ac majores rejici, Atque in hoc potissimum consistere videntur frequentes pragmaticorum errores approbandi vel reprobandi aliquas conjecturas, eo quia aliqui Doctores vel decisiones eas approbent vel repro-

\*\*\*\*  
\*

# BONONIENSIS FIDEICOMMISSORUM

## DE SALA

PRO

PHILIPPO BALLATINO

CVM

FACCHINETTIS.

*Casus decisus per Rotam pro Facchinetti.*

De eadem materia, An sub nomine  
liorum in parte dispositiva  
nepotes, vel ulteriores descen-  
tes, ita ut gravatus restituere filios  
seatur necnè restituere nepotes  
Et de genereposito in conditione  
stringendo ad personas dispositi-  
vocatas.

SVM MARIAM

- 1 **F** Aliteries.
- 2 **R**esolutiones causa.
- 3 **D**e dicto Io Andreæ fideicommissum de re non
- 4 **D**e questione, an filiorum appellatione veniant  
tes remissive de utraque opinione.
- 5 **G**ravatus restituere filios, non censetur gravatus  
re nepotibus.
- 6 **V**erbum ipsius denotat personalitatem, & immo  
ratur restrictionem ad filios primi gradus.
- 7 **V**bi testator discretivè loquutus est de filiis, nepo-  
& descend. tunc appellatione filiorum  
nunt nisi illi primi gradus.
- 8 **Q**uid ubi testator respexit ad tempus remanentem
- 9 **D**e aliis conjecturis, ex quibus veniant nepotes  
cendentes.
- 10 **R**espondetur dictis conjecturis, & quando  
ampliat.
- 11 **P**ars conditionalis regulatur à dispositiva  
ampliat.
- 12 **D**ubitatur de resolutionibus.
- 13 **D**atur distinctio, quando sub filiorum nomen  
debeant venire alii descendentes necnè.
- 14 **Q**uod aliud sit extendere vocabulum filiorum  
potes, & descendentes, aliud vero interpretari  
comprehendat.

DISC. LXXI

**A**lbertus Sala instituto hærede Io. Baptiste  
perpetuum successivum fideicommissum  
navit in universa descendencia masculina, quæ  
cta, vel non incepta vocavit filias feminas  
Io. Baptiste, earumque filios & descendentes  
los in infinitum, atque in istorum defectum  
sius testatoris filias, earumque filios, &c.  
vingente casu extinctionis omnium



lineam ipsius testatoris, ac ejus filiorum, tunc vocavit puerum eligendum à duobus Canonicis, uno scilicet Ecclesie Cathedralis, & altero Collegiate S. Petronii

Ex Io. Baptista fuerunt superstites Philippus, & Marcellus, quorum primo defuncto absque prole masculina superstiti Isabella filia, bona consolidata fuerunt in Laurentio filio Marcelli, qui prole carens donationem fecit Facchinetti, deinde impugnatam, sed à Rota canonizata coram Merlino, ut patet ex decisionibus 399. & 809. ejusdem; Post notabile verò temporis intervallum, dicto Laurentio defuncto, Philippus Ballatinus dictæ Isabellæ filius credens factum esse casum dicti fideicommissi ad ejus favorem, iudicium instituit in Rota coram Verosio, datoque dubio An. consistaret de fideicommissi purificatione ad ejus favorem, sub diebus 16. Januarii, & 24. Maii 1662. negativè responsum fuit, neque causa ulteriorem disputationis progressum huc usque habuit.

Resolutionum fundamentum fuit, quod actori non conveniret vocatio concepta ad favorem filiarum Io. Baptiste primi hæredis, earumque filiorum, cum Isabella ejus mater non esset filia Io. Baptiste sed nepis ex Philippo filio, ideoque non vocata, & consequenter quod actori objici posset vulgare dictetium iuratum originaliter traditum per Io. Andr. in addit. ad specul. fideicommissum de re non loquitur.

Quamvis enim apud nostros majores magna fuerit querelatio, An sub nomine filiorum, præsertim in parte dispositiva veniant nepotes, atque scribentes divisi sint in classes, qualibet parte contentente sibi communem, ac magis communem assistere, ex iis quæ pro utraque de more cumulantur per Fusar. quest. 319. cum plur. seqq. ubi istam questionem gravissimam dicit, eandemque nodolam, & ancipitem dicit etiam Rot. apud Merlin. dec. 206. n. 8. & seqq. repetit. decis. 6. par. 5. rec. ac etiam latè habetur apud Castill. lib. 5. controv. cap. 66. ubi pariter juxta consuetum elaboratum, nimiumque patentem stylum recententur ferè omnes de materia tractantes; adeo ut non semel viderim per scribentes hinc inde rotam vitæ constitui in parte numerica, & quædam maior numerus, uni, vel alteri opinioni assistere.

Attamen Rota vitium est sequi opinionem negativam eamque pro regula statuere, ut potè sermonis ac verborum proprietati magis consonam ut latè habetur dicta decis. 206. Merlin. aliàs decis. 6. par. 5. rec. decis. 279. par. 6. & in aliis de quibus in hujus causæ decisionibus.

Quoties enim agitur de parte dispositiva, & ad effectum inducendi, seu prorogandi gravamen, non de facili à stricta sermonis proprietate recedendum est, quoniam onera non sunt multiplicanda sed potius restringenda, neque gravatus restituere filiis, dicendus est gravatus restituere nepotibus, ut ceteris relatis Menoch. conf. 215. num. 22. cum seqq. Cephal. conf. 107. num. 7. Rot. apud Merlin. decis. 373. numer. 7. apud Merlin. dec. 460. num. 2. cum seq. decis. 507. num. 2. & 7. & dec. 667. num. 2. par. 2. rec. & dicta dec. 279. par. 6.

Clarius verò ex duplici circumstantia dictam regulam coadjuvante, atque limitationem excludente; Primò scilicet ob verbum ipsius præfatio Io. Baptiste adjectum, quod personalitatem denotat, ut in specie de hoc verbo ipsius, ad hunc præcisum effectum dicta decis. 507. num. 9. & decis. 667. num. 6. par. 2. rec. Et de verbo tuas vel suas Menoch. dicto conf. 215. num. 51. & conf. 347. num. 10. & generaliter in Garâm. de Luca de Fideicommissis.

Sarsinaten. seudi coram Dmozetto inter suas decis. 74. & 760. decisionem 330 par. 11. recen. & in aliis frequentes.

Et secundo clarius ob discretivum loquendi modum quem testator adhibuit quando de descendentes loqui voluit, dum eos sub proprio vocabulo discretè à filiis vocavit, ista enim discretiva, concurrente dici non potest quod habuerit hos terminos pro synonymis, & consequenter magis de plano intrat dicta regula, ut post antiquiores ab eis relatis Gabr. de verb. signif. concl. 1. num. 9. Soccin. conf. 49. num. 9. lib. 1. Fusar. quest. 321. num. 59. & seqq. Castill. dict. lib. 5. controv. cap. 66. num. 52. Rot. dicta decis. 507. num. 7. & decis. 667. num. 5. par. 2. rec. decis. 473. num. 21. par. 4. rec. tom. 3. in Bononi. transactio. nis 39. Martij 1648. Celsio inter suas decisionem 34. & in causa decisionibus.

Cumque Ego, ac ceteri pro actore scribentes tres in contrarium adduceremus dictæ regulæ limitationes, ob quarum singulas; fortius verò ob eas unitas sub filiorum vocabulo nepotes, & ceteri descendentes demonstrati censentur; Primò scilicet ubi dispositio protrahita est in tempus remotum, quando invenibile est fuisse cogitatum de super-existent filiorum primi gradus, ex deductis per Fusar. quest. 320. num. 15. cum seqq. Castill. dicto cap. 66. lib. 5. num. 33. & 36. cum seqq. Rot. apud Merlin. dicta decis. 206. num. 13. alias decis. 6. par. 5. recen. n. 13. & sequen. in Bononi. successione. 4. Maii 1646. & 17. Junij 1647. coram Bichio impress. dec. 402. par. 9. & dec. 48. par. 10.

Secundo, ubi alias resularet absurdum, ut extranei seu alias minus dilecti excluderent descendentes, vel prædilectos ex plene relatis per Fusar. dicta quest. 320. num. 44. cum ita extraneus puer eligendus à Canonicis admitteretur.

Et tertio quod testator posuit in conditione universam eius, suorumque filiorum, tam masculinam quam femininam descendentiæ seu lineam post cuius omnimodum defectum procedi voluit, de electionem pueri quem supposuit successorem ut iam de dictis lineis à quo ad ipsum bona devenirent, in-vesta conf. 27. Ancharan. cum concord. per Soccin. jun. conf. 110. num. 16. cum seq. lib. 3. Surd. conf. 344. num. 17. Rot. dec. 18. n. 1. & 2. par. 8. recen. cum aliis de quibus infra in Rom. fideicommissi de Maximis disc. 84. & in aliis.

Respondent decisiones, Ad primum, & bene talem conjecturam rectè procedere, quando non adesset discretiva cum qua ita etiam tempore remotissimo providit, vocando descendentes discretivè à filiis primi gradus; Ad secundam verò proceditur cum assumpto de quo supra in Bononi. fideicommissi de Amorinis disc. 30. & in decisionibus in ea causa edicis coram Melio, quod scilicet debile reputatur absurdorum argumentum, ubi testatoris voluntas non assistit, quoniam non queritur cur, sed quid testator voluerit, Atque in dicta Bononi. de Amorinis agitur de admittendo pueros extraneos forte eligendos neglectis propriis descendentes testatoris; Et ad tertium respondetur, quod tunc pars conditionalis apta est inducere fideicommissum favore universi generis sub conditione positi, quando non procedit pars dispositiva restricta ad certas personas, ista enim accedente, altera pars conditionalis ab ea regulatur, neque operatur exteationem ad alias personas non vocatas Soccin. jun. conf. 69. num. 30. & seqq. lib. 3. Gabr. conf. 69. num. 30. & seqq. lib. 2. Rot. dec. 95. n. 2. cum seq. p. 11. rec. in d. Bononi. fideicommissi de Amorinis 30. Maii 1659. Melio, & in aliis.

Q2

His

LUCA  
ve  
mentis  
cat  
VI  
9



His tamen non obstantibus, reflectendo etiam ad solam veritatem, resolutiones non placuerunt, ideoque intellectum in eorum obsequium captivare non potui. Licet enim omnes dictæ conclusiones ac responsiones respectivè in abstracto, seu in suis casibus sint veræ, attamen videbatur quod non benè applicarentur ad factum, cujus potius, ac voluntatis ista est quæstio quàm juris, unde propterea tota facti series attendenda est, ex illa desumendo verisimilem testatoris voluntatem, non autem illam considerando per partes; Nullum enim datur hodie assumptum quod vestiri non valeat cum conclusionibus, & doctrinis in suis casibus veris, sed punctus est in applicatione, ideoque pro meo iudicio semper erroneum visum est hujusmodi ultimarum voluntatum quæstiones, ita cum doctrinis & conclusionibus generalibus decidere.

Ad id autem dignoscendum advertēbam, magnam esse differentiam inter casum in quo de ista quæstione agatur ad effectum libertatis bonorum, ut scilicet prædefunctis filiis primi gradus, extantibus autem nepotibus, vel ulterioribus descendenti- bus substitutio caducata censeatur, & casum in quo non cesset substitutio, sed ulteriorem progressum habeat ad diversum gradum, seu diversum genus personarum; Primò enim casu urget favor ipsius gravati, qui gravatus restituere filiis, dicendus non est gravatus restituere nepotibus, urgen- tere regula prohibente extensionem, seu multiplicationem oneris, ac servitutis, & in his terminis loquuntur *Menoch. conf. 215. n. 22. & seqq. Cephal. conf. 107. Rot. decis. 507. & 667. p. 2. rec. 279. par. 6.* & aliæ auctoritates in his decisionibus adductæ, non benè tamen applicatæ ad alium casum, in quo gravati non interest vocabulum filiorum ad illos primi gradus restringi, dum non exinde eximitur ab onere, neque acquirit libertatem bonorum, Quinimò potius interest idem vocabulum in lata, & impropria significatione accipi, ut ita magis ejus proximis, & conjunctis, quàm prorsus extraneis, vel remotioribus restituat, ut admittunt *idem Cephal. Menoch. & Rota ubi proximè, cum aliis per Fusar. quæst. 319. num. 11. & quæst. 413. per tot.* neque in decisionibus datur auctoritas quæ percutiendo istum secundum casum firmet hanc inverisimilem restrictionem.

Unde propterea observabam dictas conjecturas resultantés à protractione in tempus remotum, nec non ab absurdo, seu inverisimilitudine, & fortius ab eo quod omnes descendentes, universæque lineæ positæ essent in conditione, ut supra, considerandas non esse, tanquam alterativas voluntatis alias certæ, & claræ, sive tanquam inductivas extensionis fideicommissi de casu ad casum, vel de personis vocatis ad alias non vocatas, & cum quo præsupposito proceditur in hujus causæ decisionibus; Verùm in hac facti specie, cum satis ambiguum sit in jure, an vocabulum filiorum conveniat nec ne etiam nepotibus, ac ulterioribus descendenti- bus, Idcirco omnia prædicta, & alia consideranda esse dicebam in simul juncta, non in ratione correctiva, vel extensiva, sed in ratione interpretativa, potissimè quia ex aliis testamenti partibus constabat testatorem ista vocabula habuisse pro synonymis, & hæc mihi videbatur veritas.

Ut enim supra advertitur, ac etiam habetur *disc. sequen.* tunc ista restrictio vocabuli ad ejus propriam ac strictam significationem aliquam habet probabilitatem, quando vel urget favor libertatis, ac cessationis oneris & servitutis, vel quando ageretur

de concursu cum alio substituto æquè deficiente vel conjuncto, in quo cadere posset major dubitatio vel alia probabilis ratio, juxta casum de quo *disc. seq.* sed in hac facti specie, testator voluit vocari puerum extraneum à Canonicis eligendum inter factis omnibus lineis tam masculinis, quàm femininis omnium suorum filiorum, & filiarum, & contextus dispositionis clarè, ac ad evidentiam ostendebat eum semper abhorruisse extraneum hereditatem ad dictum puerum in quo jure cupiscantur prionis sanguinem artificialiter renovare, & jure mentem sencti viri cadere non posse videtur, testator permittere voluerit transitum ac permutationem bonorum in penitus extraneis extraneis priores descendentes adhuc extantes, ac extraneorum cujus vocationis casus purificatus dici non potest est extantibus illis de genere posito in conditione quamvis non succederent, cum ad hunc effectum sufficiat existentia de facto juxta firmata *disc. par. 3. rec. & apud Caril. dec. 266. cum aliis disc. 40. & in aliis pluries.*

## FLORENTINA FIDEICOMMISSA DE MEDICIS

PRO

MARCHIONISSA OCTAVIA  
DE MEDICIS

CVM N.

Responsum adversus motiva Rota Florentina

Decadem materia, An appellatio-  
riorum in parte dispositiva veniant  
nepotes. Et in specie, vocatis fili-  
bus filiorum, An veniant filii  
potum in exclusionem filiarum  
filiis primi gradus.

SUMMARY M.

- 1 **F**acti series.
- 2 De quæstione an sub nomine filiorum veniant nepotes, ut regula sit negativa.
- 3 Doctrinis specialibus est deserendum.
- 4 Habens pro se regulam dicitur habere intentionem datam & quis sit effectus, an jura regula vel restat.
- 5 De conjecturis ex quibus sub nomine filiorum veniunt nepotes.
- 6 De conjecturis suadentibus contrarium.
- 7 Quare in causis extra Curiam non de factis nisi in mari iudicium pro veritate.
- 8 De ratione dubitandi in præfati casu.
- 9 Quomodo decidenda sit quæstio de qua nunc.